¶ Utrum vno ſolo preſente vel ſine lumie poſſit miſſa celebrari. Rn̄. ſm Hoſti. q̄uis ſm illud. de cōſe. diſt. j. hoc quoq̄. duo debeant eſſe preſentes q̄ ſacerdoti reſpondeant: tamē vnus ſufficit. Mulier autē ī miſſa miniſtrare nō poteſt: nec palas nec veſtes cōtingere. Sine lumie v̄o non licet celebrare. vt in. c. fi. de cele. miſ. vbi presbyter deponitur ab officio ⁊ beneficio: qui ſine igne. aqua. vel in pane fermētato. vel ī vaſe ligneo celebrat. vbi notat panor. ꝙ ad depoſitionē presbyteri non ſemp requirit̄ dolus. ſed ſufficit q̄nq̄ nimia deſipiētia ⁊ craſſa et ſupina ignorātia. vt ibi.

¶ Quid ſi ſacerdos celebrans. ī. canonē recolit ſe commiſiſſe aliquod mortale. Rn̄deo ſm Ray. credo

tutiorē viam eſſe: vt peniteat et doleat ꝙ ita tarde
penitet ⁊ ꝓponat cōfiteri q̄cito habuerit oportu/
nitatē. Et ſic ꝯficiat ⁊ ſumat.

¶ Vtrum liceat vni plures miſſas celebrare in
die. Rñ. ſm Dir. Sufficit ſemel in die celebrare.
nam valde felix eſt qui celebrat digne vnam. extra
eo. te referēte. Excipit̄ primo dies natalis domini
in quo poſſunt celebrari tres miſſe. extra eo. cōſu/
luiſti. Secūdus caſus eſt neceſſitas. Sed quaȝ di/
cis neceſſitatem. Rñdit Dir. ſi celebrauit primā ⁊
poſtea morit̄ quis: vel cauſa honeſtatis ſiue vtili/
tatis: vt ſi dicta miſſa ſupueniat aliqua magna ꝑ/
ſona que velit miſſam audire: vel ꝓpter pegrinos
hoſpites cōmeantes. ⁊ infirmos. extra eo. c. j. ⁊. ij.
Et forte ꝓpter neceſſitatem nuptiarū vbi tempus
laberet̄. Item ꝓpter raritatē p̄ſbyterorū: vel ꝓpter
paupertatē eccleſiarū: qñ quis poteſt duabus cō/
mēdatis eccleſijs deſeruire. Item ꝓpter duas miſ/
ſas ꝓprias que qñqȝ occurrūt. extra eo. cum creatu
ra. Et q̄tum ad hoc nunq̄ȝ licet: niſi vbi extiterit
carētia alterius ſacerdotis. Nota tamē ꝙ quādo
p̄ſbyter debet aliā miſſam celebrare: nō debet vi/
num ꝑfuſionis ſumere: ſeu nō debet manus vino
ꝑfundere in prima: q̄ illud celebrationē aliā impe
diret. ex̄ eo. ex parte.

¶ Quid ſi omittat̄ aliquid de his que ad ritū ce/
lebrationis ptinent. Rñ. ſm omnes theo. quilibȝ
omittens aliquid tale. puta tempus debitū. altare
veſtes ⁊ huiuſmodi. nihilominus conſecrat ſi eſt
ordinatus ⁊ adſit intentio. ⁊ debita materia ⁊ for/
ma. Sed grauiſſime peccat ſi ſciēter hoc faciat. Et
ideo Rich. in. iiij. diſt. xiij. dicit ꝙ ſine veſtimētis
benedictis nō debet q̄s celebrare: al's grauiter pec
cat ſi ſciēter hoc faciat.

¶ Que autem ſint iſte veſtes. Inno. in li. de offi/
cio miſſe dicit. ꝙ ſex ſunt indumēta. videlicȝ ami/
tus. alba. cingulū. ſtola. manipulus ⁊ planeta. In
multis tñ locis inoleuit ꝯſuetudo vt cingulū non
benedicat̄. Rationabili⁹ tñ eſſet ipm̄ bñdici. Cal/
ciamēta etiā ſacerdotis ſpecialeȝ habent ſignifica/
tionē: nec tamen ſotulares benedicūtur. De calci/
amētis tamē nullus tex. repitur in iure. Sed hoc
habet generalis ꝯſuetudo. Et ſic in hoc ſeruanda
eſt ꝯſuetudo. vbi ergo cōſuetum eſt portare calcia
menta: que vulgari modo botas appellamus hu/
iuſmodi deferētes vident̄ excuſari.

¶ An autem celebrans ſine veſtibus bñdictis ſit
irregularis. Rñ. ſm Rich. vbi ſ. ꝙ ſiue hoc faciat
ſcienter ſiue ignoranter non eſt irregularis: q̄ hoc
nō inuenit̄ iure cautum. tamē ſcienter celebrans:
vel ignorātia craſſa grauiter peccat vt dictum eſt.
Et ſm Archi. flo. ſi quis celebraret ſine miſſali vł
ſaltem ſine libro: vbi nō eſſet miſſa: peccaret morta
liter. etiā ſi omnia haberet in memoria. Et hoc ꝓp̄
piculū obliuionis.

¶ Vtruȝ hymnus angelicus debeat cantari qñ
miſſa de ſpirituſancto vel de v̄gine celebrat̄. Rñ.
ex priuilegio Alex. iiij. quod incipit. Paſſi grauio/
ra. licȝ in miſſis ſp̄uſſancti. ⁊ beate vir. dictū hym/
nū dicere et eorum ſequētias: non ſolum in miſſis
ſolēnibus: ſed etiam priuatis. licȝ etiaȝ dicere pro/
prias p̄fatiōes i miſſis de cruce et huiuſmodi.

¶ Vtrum quilibet teneatur audire miſſā. Rñ.
ſm Hoſti. die dominico quilibet tenetur audire
miſſam ex precepto: ⁊ totam. Ita ꝙ accipiat bene/
dictionē ſacerdotis. de conſe. diſt. j. miſſas. et. c. ſe.
et. c. omnes fideles. niſi excuſentur magna neceſſi
tate. Et nō ſolum omnes fideles tam laici q̄ȝ cleri/
ci. tenētur audire miſſaȝ diebus dominicis. verū
etiā alijs diebus feſtiuis ex precepto eccleſie. Ra/
tio eſt: quia vbi eſt eadem ratio: ibi debet eſſe idem
ius. Ratio autem quare fuit hoc ſtatutum. ſcȝ de
auditu miſſe. videtur fuiſſe: vt ſaltem in hoc mo/
dico tempore vacetur diuinis: ſed non alia de cau
ſa fuerūt addita alia feſta ad dies dominicos ſub
precepto: niſi vt vacetur diuinis: ergo videtur ꝙ
iſte modus determinatus per eccleſiam in vacan/
do diuinis die dominico per auditionē miſſe: de/
bet extendi etiā ad alia feſta. Alijs aūt temporib⁹
nullus etiam religioſus vel clericus tenetur audi/
re miſſam de p̄cepto. Nec obſtat. c. ſolet. de conſe.
diſt. j. qd̄ videt̄ velle ꝙ in quadrageſima quis nō
dicatur ieiunare niſi audita miſſa ⁊c̄. quia dico ꝙ
illud capitulū loquit̄ de conſilio: vel ſi eſt p̄ceptuȝ
abrogatū ē ꝑ ꝯtrariā ꝯſuetudinē.

¶ Vtrum quis teneat̄ audire miſſam propriam
diei. puta miſſam dominice in aduentu in. lxx. et
huiuſmodi. Rñ. Archi. flo. ꝙ nō tenetur quis ex
neceſſitate ad propriā miſſaȝ: quia nec. d. c. miſſas
hoc dicit ſed indiſtincte loquitur: ſed audire debȝ
propriam ex cōgruitate. Et ſm hanc congruentiā
loquitur. c. j. extra eo. Neqȝ eñ mulIercule vel idi/
ote ſcirent diſcernere ſi eſt miſſa propria vel alia. et
nimis oneroſum eſſet ꝙ vnuſquiſqȝ deberet inter
rogare ſi eſſet miſſa propria vel alia. Et in multis
eccleſijs eadem die occurrunt plures miſſe dicen/
de. vtputa de octaua alicuius ſancti: ⁊ de domini/
ca que occurrit.

¶ Vtrum autem ſit neceſſarium ſenſim ⁊ diſtin
cte audire verba miſſe. Dubium facit: quia dictū
capl'm miſſas. dicit. ꝙ debeat audire ⁊c̄. Rñdit
Archi. florē. ꝙ non eſt neceſſe. nam tunc ſequeret̄
hoc incōueniens. ꝙ qui audirent miſſam ab his
qui ſubmiſſe dicunt. cū multitudo populi adeſſet
ſi remoti eſſent: non implerent preceptum. Simi
liter qui ſurdi ſunt: vel hebetem auditum habent
non implerent p̄ceptum. Intentio ergo eccleſie
in illo decreto eſt ꝙ p̄ſens ſit in miſſa et vacet. Si
etiam intelligens eſt: dignum et iuſtum eſt vt in/
tendat ⁊ conetur intelligere que dicunt̄ in miſſa.

¶ An autem peccet quis audiendo miſſam a no
torio fornicatore. vide ſ. Clericus. iij.

¶ Quid autem de eo qui dimittit aliquam par/
tem miſſe. puta introitum. Rñdit Archi. floren.
quod modicum eſt pro nihilo reputatur. Secus
autem ſi dimitteret notabilem partem. puta me/
diam: vel terciam partem. Seruitores auteȝ miſ/
ſe: ſeu miniſtri qui diſcurrunt hinc inde pro his
que expediunt: vt in miſſis ſolennibus pro thu/
re. vino et huiuſmodi intelligendi ſunt miſſe

adeſſe ꝓ illo tempore.

¶ Sed que dicenda eſt neceſſitas que excuſet ab auditione miſſe? R̄n̄. Archi. flo. ꝙ a tranſgreſſione huius precepti excuſat neceſſitas. vnde infirmi qui non poſſunt ſine periculo exire ad audiendū: excuſantur. Idem in his qui ſeruiūt illis. Similiter habentes paruulos quos non poſſunt cōgruenter dimittere ſine periculo. ar. extra de regu. iu. Quod non eſt. Similiter qui aliquod arduum et iuſtum negociū haberent facere ⁊ audiendo miſſam impedirent: videtur excuſari. Officiales qui ratione officij nō poſſunt exire: vt caſtellani. ⁊ alij ſeruientes dominis: videntur excuſari. Domini etiam ⁊ conſiliarij qui tempore miſſe ſuper vrgentibus cauſis occupati ſunt: videnť excuſari. Puelle nubiles que. ſcʒ volunt nubere: videntur excuſari ſi earum parentes non permittunt: ignorantes tale preceptum: vel facientes quod in ſe eſt: vt vadant non enim eſſet decens vt ſole irent: parentes autem nō inducēdi ſunt ad mittendum. Si autē nolunt excuſantes ⁊ allegantes conſuetudinē in contrarium: quia ſic ſolent ſtare quaſi clauſe in domo ob honeſtatem. videtur tolerandum. arg. de conſue. c. fi. niſi parentes ad choreas ⁊ huiuſmodi mitterent eas. quia tunc non excuſarētur: vľ quādo permittunt eas morari in vijs vel ad feneſtras vt videanť. Vidue diu ſtantes ratione viduitatis: vt quaſi pro honore mariti: non vidētur bene poſſe excuſari. diſt. viij. conſuetudo. niſi forte per breue tempus: vt vnius ebdomade vel menſis. Coniugate que non poſſunt ſine magno ſcandalo virorum: quia ſcilicet cum hoc non poſſunt ita bene preparare neceſſaria familie: videntur poſſe excuſari. xxxiij. q. v. noluit. Secus ſi mariti facerēt ſtudioſe ad impediēdum eas a bono. Patroni tn̄ ⁊ patrone debent ſic ordinare iuxta poſſe de famulis ⁊ famulabus ſuis: vt audiant miſſam in feſtis. vnde dicit Pe. de pal. ꝙ ab hoc precepto nō ſerui plus ꝗ̄ domini. Immo ſeruus ⁊ ancilla ita debēt vacare ⁊ quieſcere deo: ſicut dn̄i. Tenentur etiam filios inducere ad hoc. Tenētur etiam omnes audire miſſam qui hn̄t vſum ratiōis ſm̄ Pe. de pal. Quod intelligo qn̄ ſciūt vel ſcire comode poſſunt. hec Archi. flo. Itinerantes etiam ſm̄ Archi. flo. non excuſantur ab hoc precepto ſi comode audire poſſunt. al's ſecus. puta aliquis eſt in ſocietate aliorū qui nolūt expectare miſſam ⁊ ſine ſocietate illa nō poteſt bene iter facere: vel q: ignorat viam: vel quia difficilis ⁊ ꝑiculoſa: vel quia nō eſt tuta a latronibus: vel quia ab illis habet expēſas ⁊ huiuſmodi: excuſatur ab auditione miſſe ſm̄ eū. Vide tamē ad ꝑdicta quod notat Rich. angli. in quolʒ et Aſten̄. li. iiij. vbi diſtinguūt ꝙ ſecularibus non audire miſſam in dominica aliquādo eſt peccatuʒ mortale. aliquando veniale. aliquando nullum. Tūc enim eſt peccatū mortale: quādo quis omittit ex contemptu vero vel interpretatiuo. Voco autem contemptū interpretatiuū quādo ſine cauſa legitima miſſam non audire in diebus dominicis aſſueſcit. Cauſam autem legitimam voco quādo corporali infirmitate detinetur: vel inimicorūʒ timore: vel aliquo alio ſimili quod ſm̄ rectum iudicium: excuſatio legitima debeat reputari. Et talis non audiens miſſam ex contemptu vero vel interpretatiuo ab epiſcopo debet confundi. dicto c. miſſas. ⁊ etiam peccat mortaliter. Quod patʒ q: talis debet excōmunicari. de conſe. diſt. j. qui die. Tunc autem eſt peccatum veniale cum omittit: nō ex cauſa legitima: ſed ex aliqua mentis infirmitate ſicut ex aliqua paſſione: vel ex aliqua pigricia ſi tamen ad hoc non fuerit aſſuetus. Tūc autem nullum eſt peccatum cum omittit ex aliqua cauſa legitima. Et ex predictis patet quid ſit dicendum de illis paupercul͡is mulieribus que aliquando non habent veſtes: aut velamina: aut alia neceſſaria ad corporis tegumētum: tum ob paupertatē: tum quia marit⁹ ea impignorauit vel huiuſmodi: que ſi irent ad eccleſiam ſine conſuetis veſtibus: deriderentur ab alijs. hoc dico in locis vbi mulieres aſſuete ſunt portare veſtes ⁊ huiuſmodi: tales videntur excuſari a peccato mortali. Idem dic in ſimilibus caſibus.

¶ An autem ſeculares teneantur audire miſſaʒ diebus dominicis in eccleſijs ſuis parochialibus q: de diebus priuatis non eſt dubitatio quin quilibet vbiqʒ poſſit audire miſſam? R̄n̄. Panor. in c. vt dominicis. de parochijs. dicit. ꝙ aut q̇s hoc facit ex contemptu proprij preſbyteri ſine cauſa legitima. ⁊ tunc peccat: quia venit contra ꝑceptum ſuperioris. ⁊ ipſe ſacerdos qui admittit parochianum alienum ſupradicto caſu cōmittit quodammodo furtum ⁊ rapinam. Si tamen ex cauſa legitima contēneret proprium ſacerdotem. puta quia eſt notorius fornicator vel preciſus ab eccleſia. tūc non peccaret: quia hoc caſu non cadit proprie cōtemptus: ſed iuris auctoritate facit. aut deſerit ꝓprium preſbyterū ſine contemptu. ⁊ tunc nō peccat. pro hoc tex. in dicto. c. vt dominicis. qui ponderat contemptū. Sed hodie videmus cōmuniter populum cōfluere ad eccleſias fratrum mēdicantiuʒ derelicto proprio preſbytero. Et credo ꝙ ſi hoc faciunt bono zelo: non peccant. puta quia deuotius ibi celebratur. Item quia audiūt ibi predicationeʒ. ⁊ imediate ante vel poſt audiunt miſſam. Quidā etiam non irrationabiliter dicunt ꝙ dictū c. vt dominicis. nihil ipſis parochianis precipit: ſed ſolum ipſis preſbyteris. Ibi enī dicitur. vt dominicis vel feſtiuis diebus preſbyteri, antequā celebrent plebem interrogent: ſi alterius parochianus in eccleſia ſit qui proprio contempto preſbytero ibi miſſam velit audire: quem ſi inuenerit: ſtatim ab eccleſia abijciat. hec ibi. Manifeſtuʒ eſt autem ꝙ ibi nihil precipitur laicis parochianis: ſed ſolum preſbyteris. ⁊ non alijs preſbyteris niſi parochialibus. nam alij preſbyteri qui non ſunt parochiales: ſiue ſint ſeculares ſiue regulares: quando volunt celebrare in ſuis eccleſijs. nō oportet ꝙ interrogent plebem: cum tales preſupponantur non habere plebem. Nec oportet ꝙ faciant illam diſtinctionem: ſi alterius parochia-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nus ibi ſit: cum omnes ibi exiſtentes alterius parochiani ſint. nec p̄cipitur eis ꝙ nō pulſent campanas: aut ꝙ claudāt portas eccleſie: qñ volūt celebrare ne aliquis intret: nec p̄cipitur eis ꝙ non celebrent: aut dicant officia: niſi certis horis anteq̄ȝ omnes parochiales ⁊ cathedrales eccleſie compleuiſſent officia: aut miſſas. Sicut a pͥncipio dictoꝝ ordinum p̄lati ſeculares faciebāt. qđ eccleſia ꝓhibuit ⁊ ↄtraria p̄cepit. que quidē ꝓhibendo ⁊ contraria p̄cipiendo: quid aliud ſignat: niſi ꝙ ex certa ſciētia vult ꝙ poſſint ad libitū ire ad quaſcūq̄ȝ eccleſias voluerint: vbi comodius et deuotius poſſint audire diuina. Et dato ꝙ. d. decre. vt dñicis. cōtineret p̄ceptum ipſis parochianis. eſt tamē per cōtrariā ↄſuetudinē generaliſſimā et vbilibet abrogata: cui optime derogari pōt: maxime q: nunq̄ȝ fuit nec eſt: moribꝰ vtentiū approbata. Et quā cōſuetudinem papa ſcit. tolerat, ⁊ totus mundus obſeruat.

¶ An autē fratribus minoribus liceat celebrare in domibus ſecularium vel alibi: cum altari viatico hoc eſt portatili? Rñ. ꝙ ſic ꝑ tex. in. c. in his. de priuil. qui dicit, vbicūq̄ȝ. quod eſt verbū generale. Caueant tamē celebrare extra loca coꝝ: niſi exiſtēte neceſſitate: ꝓpter ſcandala que eueniūt cum dioceſanis ⁊ ſacerdotibus parochialibus. ⁊ multotiens ꝑ dioceſanos eſt excōmunicatio ſynodalis: lȝ eos nō aſtringat. Idem priuilegium habent fratres p̄dicatores. vt notat glo. in. c. fi. de priuil. li. vj. De hac materia vide ſupra. Altare. et. Conſecratio ſecūdo.

¶ Utrum miſſa de vno ſancto pro defuncto tm̄ ei proficiat ſicut ſi diceret̄ de mortuis. Rñ. Dic. li. j. ſm Hoſti. ꝙ ſic. ⁊ ecōuerſo. Et cōſueuit dicere. d. Ugo. Car. ꝙ ipſe celebrādo ꝓ dña noſtra: ſciebat celebrare ꝓ defunctis. ⁊ ecōuerſo.

¶ Sed nūquid tantū valet miſſa dicta ꝓ pluribus cuilibet eoꝝ quātum valet ſi diceret̄ pro quolibet eoꝝ ſingillatim. Directoria refert quoſdā dicere ꝙ ſic. de cōſe. diſt. v. nō mediocriter. Et ē hoc ſpeciale in ſacramētis ꝑ ſpiritūſanctū qui nō dat̄ ad menſuram. Et hoc ē verum ſm Hoſti. de pſalmis ⁊ miſſis que generaliter cantant̄ ꝓ omnibꝫ: licȝ ꝓ aliquibꝫ ſpecialiter videātur dici. Et ideo non valent ei minꝰ q̄ȝ ſi ſpecialiter ꝓ quolibet eorum cantaretur. Sed non ſic videtur de elemoſynis. et ieiunijs. et precibus: ſiue orationibus que alios nō tangunt: quia non proſunt mortuis. niſi eis pro quibus fiunt ſpecialiter. Alij vͦ dicunt ꝙ hoc eſt verum. ſi pro omnibus equaliter dicatur. Sed ſi intuitu vnius dicitur: licȝ pro omnibus dicatur: plus ſm eos ꝓficit ei pro quo ſpecialius intēditur Et hec eſt vera ſentētia ſm theo. Nō obſtat. d. c. non mediocriter. quia loquit̄ in caſu illo. ſcȝ q̄ȝtū ad meritum celebrātis: cum hilaritate mentis nō minus valet miſſa dicta pro vno q̄ȝ ſi pro quolibꝫ diceretur cum anxietate. Idem Io. ⁊ Archi. in dicto. c. non mediocriter. huiꝰ opi. expreſſe eſt Scotus in quolibꝫ. vbi querit: an ſacerdos qui promiſit dicere. xxx. miſſas beati Gre. x. perſonis ſeparatim: ſatiſfaciat dicendo ſolum. xxx. An vͦ teneat̄ dicere pro quolibet iſtorum. x. quibus ꝓmiſit. xxx. Et ſi dicat ſolum. xxx. pro omnibꝫ. x. teneat̄ ad reſtitutionē ⁊ ſatiſfactionē ⁊ ſupplementū omnium aliarum. Reſpondet ꝙ meritū miſſe in tres ptes diſtinguitur. vna attribuitur chriſto. alia eccleſie. tercia vͦ ſacerdoti. Primas duas ptes. ſcȝ chriſti ⁊ eccleſie ſacerdos celebrans nō poteſt diſpenſare: ſed ſolum terciā ſuam. Et ideo ſi illud particulare meritū quod eſt ſibi attributū. ſcȝ dictam terciam partem attribuit alicui determinate perſone: illud meritū non poſſet alicui alteri attribuere. Nō clariſſime demōſtratur. Nam licet in tali ſacramento ſit meritum infinitū: tamen meritum ipſi ſacerdoti participatum et cōmunicatū ratiōe talis celebratiōis eſt finitum. terminatū ⁊ limitatum: quia ſi diceret̄ contrariū. ſcȝ ꝙ meritū ipſius ſacerdotis eſſet infinitum: ſequeret̄ hoc abſurdum. ꝙ ex vnica celebratiōe quis poſſet liberare omnes animas que ſunt in purgatorio quod eſt hereticum. probatur hoc clariſſime. Nam ſm theo. ⁊ canoniſtas in. c. quod autem. de pe. ⁊ remiſ. licȝ peccato mortali debeat̄ pena eterna tamē per cōtritionem illa pena eterna cōmutatur in temporalē ⁊ limitatam ergo pena que debetur pro quolibet peccato mortali eſt finita: ergo ⁊. c. peccatoꝝ. ⁊. M. et. X. M. ⁊ ſic multiplicando pena ſemper erit finita. Nā ſm philoſophos ex multis finitis et limitatis: nunq̄ȝ fiet infinitum. Si ergo pena que debet̄ vni exiſtēti ī purgatorio: quātacūq̄ȝ ⁊ quotcūq̄ȝ habeat peccata. eſt finita: ergo pena que debetur omnibꝫ exiſtentibus in purgatorio ſimul pro omnibus ſuis peccatis: erit finita et limitata eadem ratione qua prius: quia finita nunq̄ȝ faciūt infinitū. Et ex alia parte meritū vnius miſſe eſt infinitum quod intendis cōmunicare omnibus exiſtentibus ī purgatorio: ſed infinitum excedit finitum: ergo ꝑ vnicā miſſam omnes anime liberabūtur: etiā ſi eſſent in centuplo plures q̄ȝ ſint: cum etiam tunc eſſent finite anime ⁊ finita pena: ⁊ oīa alia finita: ergo ſequitur concluſio noſtra. ꝙ eſſet hereticum dicere. Dicamus ergo ſicut eſt rei veritas. ꝙ meritū miſſe cōmunicatum ipſi ſacerdoti eſt finitum ⁊ limitatum: ſed ſm philoſophum omne finitum per ablationem partiū ⁊ cōmunicationem alteri factam ſemper redditur minus. et intātum poſſet minui ꝙ ad nihilum redigeretur: ergo ſic dicendum in propoſito. ſcilicet ꝙ celebranti ⁊ cōmunicanti partem ſui meriti alicui: minus remanet de tota ſumma. Et ſi totum meritum vni communicat. alius nihil habet. Idem tenet Panormi. poſt Io. an. ⁊ Cal. in. c. fraternitatem. de ſepul. vbi concludit. ꝙ ſi conſiderantur ſuffragia reſpectu ſatiſfactionis. tunc magis proſunt his pro quibus ſpecialiter fiunt q̄ȝ ſi generaliter. Ratio quia habent efficaciā finitam: ⁊ ex diuina inſtitutione diſtribuitur inter illos pro quibus fiunt: ergo tanto minus operantur quanto pro pluribus fiunt. Hec Panormi. Idem Tho. et Petrꝰ in quarto. quia cum ſuffragium ſit virtutis finite: et deriuetur per intentionem facientis quo voluerit: valet ei pro quo fit q̄ȝtum ad liberationem a pena: tamen q̄ȝtum ad cō-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

gratulationē ⁊ ad interiorem conſolationē ſm ꝙ vnus in charitate exiſtens de bonis alterius gaudet: ſic valet omnibus exiſtentibus in charitate. ⁊ plus ei qui eſt in maiori charitate. Et hec ſentētia eſt cōmunis ſm Nico. de auſmo. Idē Aſten. Et per predicta ſoluitur queſtio. nūquid ſuffragia facta ꝓ multis: equalit ꝓſint ſingulis: Pe. ⁊ Tho. dicunt. ꝙ ſi valor ſuffragioꝝ conſideratur ſm qḋ valet ex virtute charitatis: ſic tantū ꝓſunt ſingulis: ac ſi pro vno tm̄ fierent. Si autem cōſideratur valor ſuffragiorum inquātum ſunt quedam ſatiſfactiones per intentionē facientis tranſlate ī mortuos: ſic magis valent ei pro quo ſpecialiter fiunt. Sic enī effectus ſuffragiorū: diuidit diuina iuſticia inter eos pro quibus fiunt. Quare concludūt quidam. ꝙ ſi quis ſacerdos promiſiſſet deſeruire vni capelle: ⁊ quotidie ibi celebrare. ꝙ talis nō poſſet dicere miſſas beati Gre. pro aliquo alio. Et ſic non poſſet acceptare aliquas miſſas ad dicendū nec trinitatis nec crucis ⁊c. Hoc patet per predicta. Et idem dicendum de quibuſcūq; alijs ſacerdotibus tam ſecularibus ꝙ̄ religioſis: ꝙ ſi promiſerunt dicere. xxx. miſſas pro vno tales miſſas nō poſſunt appropriare alteri. al's tenentur ad reſtitutionem ſm Sco. Ideo cautela eſt vt ſacerdos nō ꝓmittat ī ſpeciali alicui. Sed poterit dicere. Nos rogabimus deum pro te: vel pro illo defuncto in xxx. miſſis: vel. M. Et ſic promittendo pluribus perſonis. poterit ſatiſfacere. Immo tot quot promiſit. Unum tamen eſt quod poſſet excuſare huiuſmodi ſacerdotes promittendo pluribus dicere xxx. miſſas. ſcʒ conſuetudo omniū ſacerdotum: q̄ indifferenter acceptant plura trigeſima ſimul. et ſimul dicunt: ⁊ omnibꝫ promittunt ꝙ dicent. xxx. miſſas. Et ſeculares ſciunt hanc conſuetudinem fore inter religioſos et alios ſacerdotes. Et ſic videntur eſſe contenti ꝙ in triginta miſſis oret pro eis: aut defunctis eorum. Si tamen eſſet aliquis ſecularis qui expreſſe diceret. volo. xxx. miſſas pro me. ⁊ nolo vt acceptetis alias miſſas in eis: vel huiuſmodi vt multos vidi. tunc dico ꝙ eſt neceſſe: aut non receptare: aut acceptando velis nolis dicere pro eo dumtaxat. licʒ tamen in omnibꝫ miſſis quātūcunq; appropriatis rogare deum pro toto mūdo ⁊ deuotis ⁊ viuis ⁊ defunctis: dūmodo nō approprient eis. hāc etiam opinionē tenet Archi. flo. ⁊ Jo. de capi.

¶ Utrum propter miſſam peculiarem: vt de aliquo ſancto: vel aliam debeat quis dimittere quin audiat miſſam propriam illius diei: Miſſa peculiaris idem eſt qḋ miſſa ſpecialis de aliquo ſancto: quaſi ſpecialis ſicut peculium alicui. Rn̄. ſm vꝰ. Si dies habet propriam miſſam quam ⁊ quis al's audire tenetur: non debet dimitti propter aliam. extra eo. c. ij. Sed ꝙ quidam laicorum omni die volūt miſſam de trinitate vel de ſancto Michaele ⁊ huiuſmodi: non debent hoc facere niſi in ſuis diebus: vt in dicto. c. ij. Et ibi patet ꝙ tam pro viuis ꝙ̄ mortuis vtilior miſſa que poteſt dici ē miſſa de die. Et ꝙ etiam in diebus profeſtis. id eſt ferialibus propter miſſas peculiares: ſeu votiuas: ſeu etiam mortuorū: non debet derogari miſſe de die. Hoc intelligunt docto. quādo in eccleſia nō eſſet niſi vnus ſacerdos. Si enī eſſent plures bene poſſet vnus dicere miſſam occurrētem: ⁊ alius ob deuotionē dicere miſſam peculiarem.

# Monachus.

¶ Utrū poſſit fieri canonicus ſecularis: Rn̄. ſm Ho. ꝙ non. quia non eſt arandum cum boue ⁊ aſino: nec homines diuerſe profeſſiōis debēt ſic eſſe ſil'. de elec. cū cauſam.

¶ Utrū poſſit fieri canonicus regularis: Rn̄. ſm Tho. ſecūda ſecūde. q. clxxxix. vtraq; religio. ſ. canonicorū regulariū ⁊ monachorū ordinatur ad opera vite cōtemplatiue: inter que precipue ſunt ea que agunt in diuinis miniſterijs: ad que ordinatur directe ordo canonicoꝝ regulariū: quibus per ſe competit ꝙ ſint clerici religioſi: ſed religioni monachoꝝ nō ꝑ ſe competit ꝙ ſint clerici. vt. xvj. q. j. alia cauſa. Et ideo q̄uis ordo monachorū ſit artioris obſeruātie: tamē ſi monachi eſſent laici liceret eis tranſire ad ordinē canonicorū regulariū: non autē econuerſo. xix. q. iij. mandamus. Sed ſi monachi ſint clerici ſacris miniſterijs obſequētes habent id qḋ eſt canonicorū regulariū. ⁊ cum maiori artitudine: ⁊ ideo licitum erit tranſire de ordine canonicorū regulariū ad ordinem monachorū petita tamē licentia ſuperioris: et non econuerſo. xix. q. iij. ſtatuimus.

¶ Utrum liceat monacho habere locum in diuerſis monaſterijs: Rn̄. nullo modo licet. de reli. do. c. finali.

¶ Utrū monacho vel religioſo poſſit cōmitti regimen eccleſie ſecularis parochialis: Rn̄. Panor. in. c. ꝙ dei timorē. de ſta. mo. ꝑ tex. illuʒ dicit ꝙ ſic: ſed debet habere ſocium ſui ordinis ſi comode fieri poteſt. Panor. tamē hoc declarat in. c. monachi extra eo. dicens. ꝙ monachus nō debet conſtitui ſine ſocio ſui ordinis in eccleſia parochiali: quādo eccleſia parochialis eſt ſbiecta monaſterio. Ita ꝙ iſte nō deſinit eſſe obediētiarius monaſterij. Secus ſi religioſus ꝓmoueret tanq̄ quilibet clericus ſecularis ad eccleſiā parochialē. nam tūc cum deſinat eſſe monachus monaſterij. nullā habebit amplius cōnexionē cum primo monaſterio. vide ad predicta quod notatur ꝑ Car. et docto. in cle. j. de elec. vbi dicit ꝙ eccleſia nō curata nō poteſt ſibi cōmitti: ſed de curata diſtinguūt ꝙ duplex eſt cura quedā ꝓprie: vt cura quā habet eccleſia parochialis circa ſuos parochianos. ⁊ de hac omnes cōcordant ꝙ monachus ad illā poteſt digi. Alia vō eſt improprie. vt cura quā hʒ ꝑlatus eccl'ie collegiate ī illos ꝺ collegio. ⁊ de hac: glo. ibi dubitat. ⁊ dic hoc indigē declaratiōe. Pau. tn̄ dicit. ꝙ etiā ad hāc pt̄ aſſumi: q2 nō pōt talis ꝑlatus nō hr̄e curā ſui collegij. Car. etiā tenet hāc opi. dicēſ cōiter teneri ꝙ indiſtincte ꝑ diſpēſationeʒ epi poſſit monachꝰ ꝑfici eccleſie curate etiā non hn̄ti aliā curā niſi collegiū. qḋ tenet Jo. Cal. ⁊ Fe. ꝺ ſe. Intellige. ꝙ ep̄us poſſit diſpēſare ꝺ eccl'ijs q̄ pleno iure ad mōachos nō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑtinent. hoc tamẽ cum conſenſu abbatis. ⁊ ſic intellige. xvj. q. j. per totum. In eccleſijs autẽ que ad monachos ꝑtinent mero iure: ſufficit ſola auctoritas abbatis ⁊ cõuentus. xvj. q. ij. viſis. vel etiam ſolius abbatis: ſi ad ipm̃ pertinet eccleſie prouiſio Adde tamẽ qꝺ notat Panoꝛ. in dicto. c. qꝺ dei timoꝛẽ. ꝙ regulares poſſunt ꝓmoueri ad eccleſias ſeculares curatas principaliter propter officiũ predicandi. Et ſic propter bonũ cure. Ex quo infert. ꝙ ſi religioſus non eſt ad iſta aptus nõ poteſt licite ꝓmoueri. Et pro maioꝛi declaratione p̃dictoꝝ querit Panoꝛ. vbi ſ. an predicta habeant locum de iure cõi: an vͦ ex diſpenſatione. puta ꝙ tam canonicus regularis ꝙ̃ monachus de iure cõmuni ſuadente neceſſitate vel vtilitate poſſint ꝓmoueri ad eccleſias ſeculares curatas. Quidam tenent ꝙ de iure cõmuni poſſunt ꝓmoueri: ſed debent habere ſociũ. Alij ꝯtra dicentes ꝙ ex diſpenſatiõe Panoꝛ. autem diſtinguit. ꝙ aut queritur nũquid regulares poſſint ꝓmoueri ad dignitatem epiſcopalem. ⁊ ſic ſcḋm omnes ꝓmoueri poſſunt. ſ. de iure cõmuni. tex. eſt in. c. vnico. xviij. q. j. ⁊ in dicta cle. j. ⁊ aptius patꝫ in. c. ſi religioſus. et. c. quoꝛũdã. de elec. li. vj. naꝫ ibi eligunt̃ ꝑ canonicos in ep̃os. Si eñ nõ eſſent habiles de iure: nõ eligerent̃ ſꝫ poſtularent̃. vt in. c. fi. de poſtu. p̃. Unde etiã abbas nõ obſtante vinculo dignitatis põt eligi in epiſcopũ vt in. c. ſi abbatẽ. de elec. li. vj. Et hoc cõcedit̃ ꝓpter excellentiã ep̃alis dignitatis. naꝫ ⁊ ep̃us appellat̃ religioſus. vt in. c. ex multa. ꝺ voto. Aut loq̄mur de eccleſia inferioꝛi. ⁊ tunc aut eccleſia eſt collegiata aut nõ. Primo caſu: aut queritur de ꝓmotõne ad canonicatũ vel ad aliud beneficiũ ſimplex ipiꝰ eccleſie collegiate. ⁊ tunc promoueri non poſſunt: vt in. c. ſuper eo. de regula. adeo ꝙ etiã ep̃us diſpẽſare nõ poteſt ſcḋm Cal. vt religioſus ſit canonicus in eccleſia ſeculari. Nam hoc caſu ceſſat priuilegiũ cure: ratiõe cuius ꝑmittitur ꝓmotio ad eccleſiam ſecularẽ. vt in dicto. c. qꝺ dei timoꝛẽ. hoc intellige niſi eccleſia cathedralis eſſet regularis. nã tũc monachus vnius monaſterij poteſt ꝓmoueri: vt ſit canonicus in eccleſia cathedrali. Et largo mõ monachi in tali eccleſia pñt appellari canonici. Aut q̄ritur nũquid poſſint promoueri ad ipſam dignitatem eccleſie collegiate. puta, vt ſit p̃poſitus. Hoſt. tenet ꝙ nõ poteſt fieri ſine diſpenſatiõe: niſi ꝓpter neceſſitatem cure. Alij tenẽt oppoſitũ: q: ſicut põt ꝓmoueri in ep̃m in eccleſia ſeculari: ita ⁊ in p̃poſitum in eccleſia collegiata eadem rõne. Et Panoꝛ. tenet hanc opi. cum nõ repiatur hoc iure ꝓhibitũ nam eadem ratio eſt in ep̃o: cum ep̃us faciat vnũ coꝛpus cum canonicis ſuis. Itẽ ratio cure ⁊ predicationis militat in hoc caſu. vt in dicto. c. qꝺ dei timoꝛẽ. Si aũt loquamur de eccleſia non collegiata aut eſt nõ curata: ⁊ nõ poteſt religioſus eam obtinere: quia ceſſat ratio cure. Aut eſt curata: ⁊ ꝯmuniter tenet̃ ꝙ de iure cõi poſſit promoueri: licꝫ dñi de ro. teneant ꝯtrariũ.

¶ Utrum huiuſmodi monachus qui factus eſt rectoꝛ alicuius eccleſie ſecularis teneatur ad ſtatuta ſui oꝛdinis: Rñdeo ſcḋm Hoſti. ſi talis eccleſia pleno iure pertinet ad monachos: prefatus monachus in ea remanet ſubiectus abbati; et ſeruabit omnia ſicut prius p̃ter tria. ſcꝫ ieiunium. ſilentiũ. ⁊ vigilias que comode ſeruari nõ poſſunt in eccleſia ſeculari. Si vͦ eccleſia non pertinet ad monachos ſed ad epiſcopũ. tũc monachus inſtitutus a tribus ſubſtantialibꝫ nõ abſoluit̃ ſimpliciter. Nã ⁊ cõtinentiam ſeruare tenetur. Ab obedientia abbatis abſoluit̃ quidem; ſed imperio epiſcopi ſubijcitur: qui decetero erit abbas ſuus. temporalia diſpenſabit ratione cõmiſſe adminiſtrationis. Et ſi habet ſocium monachũ: nõ excuſatur ab eſu carnium. dicto. c. quod dei. niſi ſit infirmus de conſe. diſt. v. carnem. vel niſi impante epiſcopo: qui abbas ſuus eſt. Si autẽ ſociũ nõ habet poteſt ſe his cum quibus viuit cõfoꝛmare. xlj. diſt. quiſquis. et de ſta. mo. recolentes. In omni tamẽ caſu habitũ deferre debꝫ: nec debet temerarie dimittere al's excõmunicatus eſſet. de quo vide ſ. Excõmunicatione. xvj. Quo vͦ ad officiũ: monachus factus curatus abſoluit̃ ab officio monachali: quia debꝫ ſe cõfoꝛmare officio clericoꝝ ſecularium. dicto. c. quiſquis.

¶ An vͦ religioſus poſſit promoueri ad eccleſiã ſecularem in caſibus ꝑmiſſis ſine licentia ſui abbatis: Rñ. Panoꝛ. in dicto. c. qꝺ dei. dicit. ꝙ nõ. vt habetur in. c. ſi religioſus. de elec. li. vj. Immo nec in papã: vt notat glo. in. c. qꝫ ſit. xviij. q. ij. Si autẽ abbas nõ vult cõſentire: et vtilitas ſeu neceſſitas ſuggerit. tunc poteſt cõpelli ad cõſentiendum ſcḋm docto. propter bonum publicum. Et hoc facit ad q. quotidianã. Statuto cauetur vt puella minoꝛ. xxv. annis nõ poſſit ſe maritare ſine ꝯſenſu duoꝝ agnatoꝝ. Puella elegit ſibi ſponſum cõdignum ſed agnati ſine cauſa legitima nolunt conſentire. Certe ꝑ p̃dicta poſſunt ꝯpelli ꝑ ſupioꝛẽ ad cõſentiendũ: vel ipſe ſuperioꝛ dabit licentiã cõtrahendi. Et hoc idẽ tenet Bar. in. l. ſi cũ dotẽ. ff. ſo. ma.

¶ Utrũ ex ꝯtractu monachi obliget̃ abbas vel monaſteriũ: Rñ. ſcḋm Inno. ſi monacho cõmiſſa eſt admĩſtratio: abbas ⁊ cõuentꝰ tantũ obligãtur quãtũ admĩſtratio ſe extẽdit. Si vͦ nõ hꝫ adminiſtrationẽ: obligat̃ monachus. Sed nõ tenetur ſoluere: q: nõ habet vnde.

¶ Sed q̄d de obligatiõibꝫ ſeu ꝓmiſſiõibꝫ ab aliquo factis monacho vel abbati. nũquid acq̄runt̃ monaſterio: Rñ. ſcḋm Inno. ⁊ Ho. ex ꝯtractibus initis cũ monacho vel abbate obligat̃ q̄s monaſterio: q: põt monachus monaſterio actionẽ acq̄rere. nõ tñ põt obligare monaſteriũ. vñ q̄uis abbas ſiue monaſteriũ poſſit agẽ. nõ tñ tenet̃ reſpõdere niſi de eo qꝺ ad ipſm̃ ꝑtinet. Et licꝫ oĩs ꝯtctus ꝓhibitꝰ ſit monacho: niſi impante abbate. vt. xij. q. j. nõ dicatis. Hoc intelligit̃ in quãtũ monaſteriũ obliget̃: ſed obligatio alteriꝰ ad monaſteriũ poteſt ꝑ monachũ acquiri. Similiter ⁊ poſſeſſio etiã per monachũ fugitiuum monaſterio acquirit̃. ff. de acq̄. poſ. l. j.

¶ Quid de rebꝫ ablatꝭ monacho: R. ſcḋm Inno. ⁊ ho. Si res erãt mõaſterij vl' etiã alteriꝰ ⁊ monaſteriũ ad reſtõeꝫ tenebat̃. tũc aget mõaſteriũ, ſi vͦ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nõ erant eius: nec de eis tenebatᷣ monaſteriũ: tũc
aget ille qui dñs eſt rerum: ita tamẽ ꝙ ſi tales res
erant depoſite apud monachũ: ⁊ abbas videt eas
ſubtrahi: ⁊ facile eſſet abbati eas liberare: ſatis cre-
dit Innoč. ꝙ abbas teneatur depoſiti inſolidum
propter dolum. Sed ſi nõ vidit nec prohibere po-
tuit non tenetur: etiam ſi monachus eas abſtuliſ-
ſet: q: non eſt obligatus ex eius maleficio: vt in. §.
ſequẽ. dicitur.

¶ Quid de maleficio cõmiſſo per monachuꝫ vel
abbatem? Rñ. ſm Innoč. ⁊ Hoſti. non tenetur
monaſteriũ: quia delictum pſone ⁊c. niſi quãtum
ad monaſterium pueniſſet: ⁊ in eius vtilitatẽ ver-
ſum fuiſſet.

¶ Quid autẽ ſi quis profiteť ea ↄditiõe: vt poſſit
retinere bona ſua. Et quid de relicto facto mona-
cho ea conditione vt nihil acquiraꝛ monaſterio?
Vide diffuſe ſ. Abbas. Et an tale pactum indu-
cat ꝓprietatem ipſi monacho. vide ſupra Impedi-
mẽtum. iiij.

## Monialis.

In monaſterijs moni-
aliũ non mendicantiũ non debent reci-
pi niſi quot poſſunt de ꝓuentibus mo-
naſterij abſq; penuria ſuſtentari: aliter nulla eſſet
receptio. ex̃ de ſta. re. piculoſo. li. vj.

¶ Omnes moniales debent manere ſub perpe-
tua clauſura monaſterij. niſi pro tali ⁊ tanto mor-
bo ꝙ nõ poſſent cum alijs abſq; graui piculo ſiue
ſcandalo morari. d. c. piculoſo. De hac materia vi-
de ſ. Excõicatiõe. xxvj. ⁊ c. Lex.

## Negociatio illicita red

dit multipliciť ſm Ray. Primo q̃dem
ex cauſa vt qñ fit ꝓpter auariciã. ſ. ꝓpter
iꝓbã cupiditatẽ diuitiaꝝ ⁊ nõ ad neceſſitatẽ: ſed
ad aliũ finem malũ. Et quãdo ſit peccatũ mortale
quo ad hoc vide ſ. Auaricia. Secũdo ex tempore
vt ſi fiat in diebus feſtiuis. Tercio ex pſona: quia
clericis ⁊ religioſis talia ꝓhibita ſunt: quia nemo
militans deo ⁊c. Quarto ex loco: quia ĩ eccleſia vel
loco ſacro huiuſmodi fieri non debent: vt dictũ eſt
ſ. Emunitas pmo. Quinto ex mõ vt ſi fiat cũ mẽ
dacijs. deceptiõibꝫ ⁊ ſilibꝫ.

¶ Negocia quedã ſunt que ſine peccato vix fie-
ri poſſunt. de pe. diſt. v. Negotiũ. Et gratia exem
pli ponũtur quinq;. ſ. Cura rei familiaris. Mili-
tia. Mercatio. Procuratio ⁊ adminiſtratio. de pe.
di. v. q̃litas. et c. falſas. di. xxv. qualis. di. lxxxviij.
ↄſequẽs. Hoſti. addit. vj. qđ quaſi piculoſius eſt
omnibꝫ. ſcꝫ aduocatio. Sed et. vij. nõ dimittas. ſ.
ep̃atus officiuꝫ quo nihil miſerius ⁊ piculoſius ſi
pfunctorie agaꝛ. xl. di. Ante oĩa.

¶ Vtrũ negociatores poſſint licite lucra recipe?
Rñ. ſm ꝟꝟ. Cum laborẽt pro omnibꝫ ⁊ quaſi cõ-
mune negociũ in mercibꝫ gerant: poſſunt mode-
ratũ lucrũ recipe. de hoc vide ſ. Emptio.

¶ Quid de artificibus qui faciunt vel vendunt
gladios. ſagittas. baliſtas. bõbardas. aut venena
⁊ huiuſmodi. Rñ. ſm Ray. Si ꝓpter hoc faciunt
vel vendũt: vt homĩes habeant talia ad abuſum
aut etiam ſi ſcienter vendũt illis ſeu donant quos
extimant talibus abuſuros: mortaliter peccant. et
omnia peccata que inde ſequũtur eis imputanť.
Si autẽ tales negociatores dicant ſe bonã inten-
tioneꝫ habuiſſe: quia credebant ꝙ emerenť ꝓpter
licitum vſum: vel nihil ſuper hoc cogitabant ſeu
ignorabãt ꝙ eſſet illicitum talia facere vel vende-
re: in omnibꝫ dictis caſibus diſtinguo: q: ſi ille res
poſſunt eſſe vtiles: vt arma in bello iuſto: aurifri-
gium ad ornamenta eccleſiaſtica: quedam etiã ve-
nena ad aliquid medicinale: vel cõtra alia nociua
qui talia vendunt nõ peccant: niſi forte probabili-
ter dictaret ſibi conſcientia. ꝙ emptor talem rem
querit ad malũ. tunc enĩ non debet vendere. v. q.
v. nõ omnis. Si vͦo ille res ad nullum vſum ſint
vtiles niſi ad peccandũ: ſicut ſunt quedam morti-
fera: tunc indubitanter peccant faciendo. tenẽdo
vtendo ſeu alijs donando. xxj. q. j. c. j. ff. de ↄhen.
emp. l. quod ſepe. §. veneni. quia flagitioſe rei: nec
emptio: nec mandatũ: nec ſocietas valere poteſt. ⁊
omnia mala ſequentia iſtis imputabunť. extra de
iniurijs. c. ſi culpa. Dicit etiam Archi. flo. ꝙ reſpe
ctu artis armorũ poteſt eẽ vſus licitus de ſe: ergo
ars non erit illicita: quia in bello iuſto: ſi licet occi-
dere: multomagis et his vti. xxiij. q. ij. dñs. xxiij.
q. j. quid culpatur. Nec obſtat de ſagi. c. j. quia cõ-
muniter intelligiť de bello iniuſto. Sed cum ma-
nifeſtum eſt bellum eſſe iniuſtũ: tunc talibus iniu
ſte bellantibus manifeſte vendentes videntur co
operari peccato eorum: precipue quo ad arma of-
fenſiua: vt gladios. lanceas. baliſtas. bombardas
⁊ huiuſmodi. Forte nõ ſic de defenſiuis tñ: vt ga-
lea. torace ⁊ huiuſmodi. vbi etiã dubiũ eſſet de iu-
ſticia belli: forte poſſent excuſari.

¶ Quid de his qui faciunt vel vendunt ornamẽ
ta mulieruꝫ: aut ſotulares pictos: aut veſtes cum
ĩmoderata ſumptuoſitate conſutas? Rñdeo ſm
Tho. ſecũda ſecũde. q. clxix. quia mulieres licite ſe
poſſunt ornare: vel vt conſeruent decentiã ſtatus
ſui: vel etiam aliquid ſuperaddere vt placeant vi-
ris proprijs: conſequens eſt ꝙ artifices talium or-
namentorum non peccant in vſu talis artis: niſi
forte inueniendo aliqua curioſa ⁊ ſupflua.

¶ Quid de factoribus taxillorum. ſcachorum.
alearum et huiuſmodi. Rñdeo ſm ꝟꝟ. quia lu-
dus taxillorum vt frequentius peccatum morta-
le eſt: ideo non eſt licitum viuere de artificio taxil-
lorum. Sed de facientibus ſcachos: vel tabulas:
quibus frequentius luditur ad ſubleuationem
tedij vel laboris: non videtur illicitum. Facientẽs
autem chartas: an excuſentur. videtur dicenduꝫ
ꝙ non. Et videtur eſſe eadem ratio: ſicut ⁊ de ta-
xillis: quia frequentius homines illis abutuntur
ludendo pro maiori parte principaliter ratione lu
cri: ⁊ nõ ad recreationẽ.

¶ Quid de facientibus ſerta de floribus in die-
bus feſtiuis? Reſpondeo non credo eos eſſe excu
ſabiles: quia preter periculum quod de facili po-
teſt contingere ex abuſu huiuſmodi: que ſunt in-
citamenta vanitatis et laſciuie. violatur obſeruã-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf